

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

§. 1. Institutionem matrimonij diuinam esse.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

C A P V T . XXIV.

Matrimoniorum statum, per se, bonum esse, tanquam à  
Deo & Natura ad prolem generandam, mutuamq;  
opem inductum.

Vi igitur Matrimonij statum ex se malum esse dicit, I.  
Catholicus non est. Cūm conderet Mundum, vidit Gen. 1. 31.  
*Deus cuncta, quae fecerat: & erant valde bona.* Fecit  
autem & Matrimonium vt supra ostensum est, & magnā pro-  
uidentiā fecit, ac insuper etiam eximiē approbavit; neque tunc  
duntaxat, sed iam etiam coniuges legitimē contrahentes ipse  
coniungit, dum coniugij vinculum ratum facit. Fecit autem,  
seu instituit matrimonium, quando hominem masculum & fe-  
minam, eo consilio, creauit, vt crescerent & multiplicarentur. Gen. 1. 28.  
Quam Dei institutionem etiam Christus testatus est, cūm dixit:  
*Non legis, quia qui fecit hominem ab initio, masculum & femi-* Matth. 19. 4.  
*nam fecit eos? & dixit (per os Adami scilicet) Propter hoc di-*  
*mittet homo patrem & matrem & adhærebit uxoris uero: & erunt duo*  
*in carne una. Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus*  
*coniunxit, homo non separaret.* Quibus verbis, ex ipsa coniugij in-  
stitutione, vim atque indissolubilitatem coniugij confirmauit.  
Et quia ibi non tantum de Adamo atque Eua, sed etiam de qui-  
buscunque alijs legitimē coniunctis (de quibus Pharisæi inter-  
rogabant) locutus est, recte conficitur, Deum omnes legiti-  
mē contrahentes coniungere, dum peculiari quadam assisten-  
tia vinculum matrimonij ratum facit; sicut fecit, quando ad. Gen. 2. 22.  
duxit Deus Euam ad Adam; & quando Christus nuptias sua, 10. 2. 1.  
Matris, Apostolorum præsentia, miraculoque vini coheren-  
tit. Quo tempore nonnulli existimant à Christo non solum  
approbatum esse matrimonium, sed etiam, vt sacramentum es-  
set, institutum. Sed id certum non est, cūm alij autument, id fa-  
ctum, quando Christus, Matth. 19. abolito repudij libelio, &  
sublata polygamia, matrimonij contractum ad primævam con-  
ditionem reduxit; alij autem, intra 40. dies, post resurrectio-  
nem, cūm alioqui plura ad Ecclesie regimen spectantia Apo-  
kolis reuelaret.

Qq

Ex